



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XXI. Ioan. Tritem. Abbas Spanh. Dilectissimæ In Christo filiæ Richmodi,
abbatissæ monasterii in Sebach. synceram in Domino charitatem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

amantissimos tui hospites nostros frui contingeret. Misimus hunc famulam nostrum pro quibusdam negotiis ad Neometim & Sebach, cum quo si quid voles ad nos scribere, quam certissime poteris. Mox enim ad nos reuerfurus est Coloniã. Vale mi frater, & Deum pro nobis. E Colonia 12 die mensis Iulii. Anno Christianorum 1505.

XXI.

IOAN. TRITEM. ABBAS SPANH. DILECTISSIME IN CHRISTO filia Richmodi, abbatisse monasterii in Sebach, synceram in Domino charitatem.

10 QVAM PRIMVM mihi loquendi facultas cum Archiepiscopo Colonienfium data fuit, quod fecunda mensis Iulii die in Bunna contigit, causam patrimonii tui, quam habes cum Gufielmo milite de Horff fratre tuo in medium propofui, confilium fimul & auxilium postulauit. Qui posteaquam bonam valetudinem ex me tuam audiuit, congratulatus est, omnemque operam adhibiturum suam promissit, vt aliquid paternæ substantiæ quantum fuerit possibile consequaris. Verum cum nihil fieri possit, nisi frater tuus fuerit in præfentia cõstitutus, rem omnem in Colonia distulimus, quo venturum sperabamus. Et quia comparuit minime, confilium est principis, vt aliquem in Colonia per literas procuratorem constituas, qui causam oportune coram eo sollicitet, fratre aliquando, quod sepe fieri consuevit, hic in Colonia personaliter constituto. Non est mihi dubium, quin archiepiscopus amore tui omnem facturum est in causa diligentiã quam pollicetur. 20 Constituas itaque coram scriba iurato quem volueris in Colonia procuratorem causæ quem iudicaueris idoneum, nobisque mittas cum præfentium latore procuratorium. Hæsterno die in monasterio tuo Machabeorum inuitatus à magistra prandium habui, & causam tuam magistro Helia propofui, qui & ipse cooperaturum se pro viribus voluntarie promissit, Is mihi vna cum magistro Gisberto videretur non inutiles causæ patronus eligendus. Salutant te magistra cœnobii, & soror Margareta de Dauerekhusen, Prioriffa quondam in Sebach, cæteraque sorores tui amantiffimæ omnes. Literas ad te scribendas differunt vique ad meum de Colonia recessum. De meo statu & valetudine famulus iste meus certiorum te faciet. Vale Christi deuotiffima virgo, nostri memor in sanctis orationibus tuis. E 30 Colonia 16. die Iulii. Anno 1505.

XXII.

IOAN. TRIT. AB. SPANHEMENSIS, IOANNI GRYPOSIO ARTO- pzo, cini Stauropolitano, amico clariffi, salutem.

QVONIAM verum te nobis amicum semper exhibuisti Ioannes dulciffime, iuxta illud viri sapientis: omni tempore diligit qui amicus est. & frater in angustiis comprobatur, in finem perfeuerare contendis. Literis enim nos tuis nõ minus ornatis, quam dulciffimis quasi deiectos animo, propter eam quam in nos a muli suscitauere contumeliam 40 amiciffime consolaris: te quoque nobis corpore & substantia nunquam pro viribus defuturum promittis. Et quamuis animum nostrum penetrauerit nulla deiectione, utpote qui spes nostras in tutiora locauerimus, omnes fortunæ fauientis imperus patienter ferre pro spe mercedis futuræ instituti, tibi tamen gratias ingentes habemus, qui veræ amicitia inra inuiolata custodis. Hæc est enim perfectæ amicitia integritas, quæ non ex commodo lucri rei temporalis capit exordium, sed in Christi amore fundata virtutis æqualitate constat. Mulcorum est falsis ornatis fucata & bestialis amicitia, qui felicitatis tempore plenitudine adulatione circumstrepunt, & in hora necessitatis nullus eorum comparat. Diuitiæ namque, testante rege sapientissimo Salomone, addunt amicos plurimos: à paupere autem, & illi quos habuit, separabuntur. Fratres enim hominis pauperis oderunt, insuper & amici 50 procul recesserunt ab eo. Sed qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Dei derelinquit. Non est vera amicitia quæ delectat amicum in necessitate constitutum. Vera autem iuxta diuum Hieronymum illa necessitudo est, & Christi glorio copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præfentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor & diuinatum scripturarum studia conciliant. In amicis enim non res quaritur sed bona voluntas, quia & substantia sepe à non amicis præbetur: voluntatem vero bonam sola charitas amicitie tribuit. Eadem namque velle & eadem nolle inter pares & bonos firma amicitia est, quæ vbi manet nil facile creditur, nil facile recipitur, vt Chrysofostomus ait, quod dissidium possit operari. Si vero semel inimicitia occupauerint animos, omnia

Quæ vera amicitia, & qua fucata.

Proverb. 16.

Vera amicitia quam raris.

am Neometim exitum te rogare pro nauigando fortunam, & quid hinc Neometim 25. die mensis Iulii cum tuihusdã aliis familiaribus nobis exiimus. Postriedie conuolantur, primus, & prima die mensis Iulii beatissimæ Dei genitricis, semper achum Brandenburgenfium Machabeonibus prouisi munificentiã Reuerentia vero die mensis Iulii conuolantur, cum sexaginta equitibus, equæ. 20 nit. Sexta die mane ipsius mensis hinc venimus. Et nunc sumus hic milia vulgaris, Regem nostrum expeditio Sicambros. Continui habentur inter te & concordia inter principem nosfentientes. Macharius abbas delectura sumptuum propter commodiantiam, sed nemo est qui delectationem meam sereniffi. Marchionem perstante quam præstolarum audientiam hic in hospicio mihi deputato ose ministratur, quæ necessarii hinc utros viros eruditos atque philosophos habere iucundius. Inter quos oratoricus, & poeta dulciffimus Iacobus deus, cum quo mihi bellum & continua spes, qui magna promittuntur cum his Carmelitarum ex Gidano Libomagiſtri suæ religionis de Anglice. Georgius Sibuthus poeta, iocunde eniosus, Ioannes Capellenus humanus, eruditus & profundæ scientiæ doctiffimi viri. Tempore breuius quæ legit perfecte, competentem amplexu spatio Græcus discipulus, amon inegantes scripsit epistolæ. Cæ & de variis scripturarum locis tatis habere licuisset, quo ingenio no